

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Avli Gellii Noctivm|| Atticarvm Li-||bri Vndevi||ginti

Gellius, Aulus

Venetiis, 1515

Liber Decimvs.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-724024](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-724024)

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICORVM
COMMENTARII.

LIBER DECIMVS.

*Tertium' ne consul, an tertio dia oporteat, & quomodo
nammodo Cn. Pompeius cum in theatro, quod re-
dedicaturus, honores suos inscriberet, quæstionem
anapitem istius uerbi de consilio Ciceronis utatur.*

Caput I.

A miliari meo cuiquam literas A. h. nis Romam misi. in ijs scriptum fuit, me illi iam tertium scripsisse. **f** ad me rescripsit, petiuitq; ut rationem dicerem, cur tertium, ac nouum scripsissem. Id etiam adscripsit, ut eadem, quid super illo quoque mihi uideretur, facerem, se certiozem. tertium' ne COS. & quartum, ac tertio, & quarto dicendum esset: cum Romæ doctiorum uirum dicere audisset tertio, & quarto COS. non tertium quartumq;. Idq; in principio libri Cælii scripsisse, & Q. Claud. in libro undeuicesimo. C. Marium creatum septimo COS. dixisse. Ad hæc ego rescripsi nihil amplius, quàm uerba M. V. artonis hominis, opinor, quàm fuit Claudius cum Cælio doctioris. quibus uerbis utrunq;, de quo ad me scripsit: decideretur. nam & Varro satis aperte quid dia oporteret, edocuit: & ego aduersus eum, qui de-

etus esse dicebatur: litem meam facere absens no-
 luit. uerba M. Varronis ex libro disciplinarum quin-
 to haec sunt. Aliud est, quarto praetorem fieri, &
 quartum, quod quarto locum adsignificat, ac tres
 ante factos. quartum tempus adsignificat, & ter ante
 factum. Igitur Ennius recte conscripsit.

Quintus pater quartum fit consul.

Et Pompeius timide quod in theatro ne adscriberet
 consul tertium, aut tertio extremas literas non conscri-
 psit. Quod de Pompeio Varro breuiter & subob-
 scure dixit: Tiro Tullius Ciceronis libertus in episto-
 la quadam enarratius scripsit ad hunc ferme mo-
 dum. Cum Pompeius inquit aedem Victoriae didica-
 turus foret: cuius gradus uice theatri essent: nomenq;
 eius & honores inscriberentur: quæri coeptum est,
 utrum consul tertio inscribendum esset, an tertium.
 eam rem Pompeius exquisitissime retulit ad doctis-
 simos ciuitatis. Cumq; dissentiretur: & pars tertio,
 alij tertium scribendum contenderent: rogauit in-
 quit, Ciceronem Pompeius, ut quod ei rectius uide-
 retur: scribi iuberet. tum Ciceronem iudicare de ui-
 ris doctis ueritum esse: ne quorum opinionem im-
 probasset: ipsos uideretur improbasse. Persuasit
 igitur Pompeio, ut neque tertium, neque tertio scri-
 beretur: sed ad secundum usque. T. fierent lite-
 ra. tert. ut uerbo non perscripto res quidem de-
 monstraretur: sed dictio tamen ambigua uerbi la-
 teret. Id autem quod & Varro & Tiro dixerunt,
 in eodem nunc Theatro non est ita scriptum. Nam
 cum multis annis postea scena, quæ proci-derat:

refecta esset: numerus tertij consulatus non utriusque
 tio prioribus literis tertij. sed tribus tantum literis
 III. incisis significatus est. In M. autem Catonis quoque
 ta origine ita perscriptum est, Carthaginienses p
 tum de fœdere decessere. Id uerbum significat
 quinquies ante eos fecisse contra fœdus, et tum p
 tum. Græci quoque in significandis huiusmodi nu
 rum numeris τρίτον καὶ τέταρτον dicunt
 quod congruit cum eo, quod latine dicitur tertium
 quartumque.

Quid Aristoteles de numero puerperij memoretur
 mandauerit. Caput II.

Aristoteles philosophus memorie tradidit
 a mulierem in Aegypto uno partu quinque p
 ros enixam. eumque esse finem dixit ma
 iugæ hominum partionis: neque plures unquam
 mul genitos compertum. hunc autem esse numerum
 ait rarissimum. Sed et diuo Augusto imperante quoque
 temporum eius historiam scripserunt: anallam Ca
 saris Augusti in agro laurente peperisse quinque p
 ros dicunt: eosque pauculos dies uixisse: matrem quoque
 eorum non multo post quam peperit, mortuam, memo
 mentumque ei factum iussu Augusti in uia laurenti
 na. inque eo scriptum esse numerum puerperij eius
 de quo diximus.

Locorum quorundam illustrium collatio, con
 tentioque facta, ex orationibus C. Gracchi et M.

Ortis, ac uehemens orator existimatur esse
 f C. Gracchus. nemo id negat. sed quod non
 nullis uidetur, seuerior, acrior, ampliorq;
 esse M. Tullio, ferri id qui potest? Legebamus adeo nu-
 per orationem Gracchi de legibus promulgatis: in
 qua M. Marium, & quosdam ex municipijs italicis
 honestos uiros uirgis per iniuriam cæsos a magistra-
 tibus Po. Ro. quanta maxime inuidia potest, conqueri-
 tur. Verba hæc sunt, quæ super ea re fecit. Nuper
 Theanum Sidicanum consul uenit. uxorem dixit in
 balneis uirilibus lauari uelle. Quæstori Sidiano a
 M. Mario datum est negotium: uti balneis exigeren-
 tur, qui lauabantur. uxor renuntiat uiro parum ci-
 to sibi balneas traditas esse, & parum lautas fuisse.
 Itarco Palus destitutus est in foro: eoq; adductus suæ
 ciuitatis nobilissimus homo M. Marius. uestimenta de-
 tracta sunt. uirgis cæsus est. Caleni, ubi id audie-
 runt: edixerunt, nequis in balneis lauasse uellet: cum
 magistratus Romanus ibi esset. Ferentini ob eandem
 causam prætor noster quæstores arripi iussit. Alter
 se de muro deiecit. Alter prehensus: & uirgis cæsus
 est. In tã atroci re, ac tam misera, atq; mœsta, iniu-
 ria publicæ contestatione, ecquid est, quod aut am-
 pliter, insigniterq;, aut lachrymose, atq; miseranter,
 aut multa, copiosaq; inuidia grauiq;, & penetrabili
 querimonia dixerit? breuitas sane, & uenustas, &
 mundiciæ orationis est: qualis haberi ferme in comœ-
 diarum festiuitatibus solet. Item Gracchus alio in

» loco ita dicit. Quanta libido, quantaq; intemperan-
 » tia sit hominum adolescentium, unum exemplum
 » uobis ostendam. His annis paucis ex Asia missus
 » qui per id tempus magistratum non ceperat, homo
 » adolescens pro legato. Is in lectica ferebatur. ei de-
 » am bubulcus de plebe uenusina aduenit: & perierat
 » cum ignoraret, qui ferretur: rogauit num mortuus
 » ferreret: ubi id audiuit: lecticam iussit deponi. struppis
 » quibus lectica deligata erat: usque adeo uerberari
 » sit, dū animam efflauit. Hæc quidem oratio super
 » tam uiolento, atq; crudeli facinore nihil posseto ab
 » à quotidianis sermonibus: at cū in simili causa apud
 » M. Tul. ciues Romani innocentes uiri contra ius, con-
 » traq; leges uirgis cæduntur: aut supplicio extremi
 » necantur: quæ ibi tūc miseratio? quæ cōploratio? quæ
 » totius rei sub oculos subiectio? quod et quale inuidia
 » atq; acerbitalis fretum effruescit? Animum heri
 » meum, cum illa M. Ciceronis lego: imago quædam
 » sonus uerborum, & uocum, & eiulationum circum
 » plectitur: uelut sunt ista, quæ de C. Verre dicit: quæ
 » nos, ut in præsens potuimus, quantum memoria
 » » peditabat: adscripsimus. Ipse inflammatus scelere
 » » & furore in forum uenit. ardebant oculi. toto ex
 » » crudelitas emanabat. expectabant omnes, quò tem-
 » » dem progressurus, aut quidnam acturus esset: con-
 » » repente hominem proripi, atq; in foro medio nudari,
 » » ri, ac deligari, et uirgas expediri iubet. Tam he-
 » » mediusfidius sola uerba nudari, ac deligari, et uir-
 » » gas expediri iubet, tanti metus, horrorisq; sunt: non
 » » non narrari quæ gesta sunt: sed rem geri proripere

deat. Gracchus autem noster, non querentis, neq; im-
 plorantis, sed nuntiantis uice, palus inquit, in foro
 defixus est. uestimenta detracta sunt. uirgis cæsus
 est. sed enim M. Cicero præclare, cum diutina re-
 præsentatione, non cæsus est, sed cædebatur inqt,
 uirgis in medio foro messanæ cuius Romanus. Cum
 interea nullus gemitus. nulla uox illius miseri inter
 dolorem, crepitumq; plagarum audiebatur, nisi hæc,
 cuius Romanus sum. hac commemoratione ciuitatis o-
 mnia uerbera depulsurum, cruciatumq; à corpore
 deiecturum arbitrabatur. complorationem deinde
 tum acerbæ rei, et odium in Verrem, detestationemq;
 apud ciues romanos incense, atq; acriter, atq; inflam-
 manter facit: cum hæc dicit. O nomen dulce liberta-
 tis. O ius eximium nostræ ciuitatis. O lex portia, le-
 gesq; sempronie. O grauiter desyderata, & aliquã
 do reddita plebi Romanæ tribunitia potestas. huic
 ne tandem hæc omnia reciderunt: ut cuius Romanus
 in provincia Po. Ro. in oppido foederatorum, ab eo
 qui beneficio Po. Ro. fasces ac securis haberet: deliga-
 tus in foro uirgis cæderetur? quid cum ignes, arden-
 tesq; laminae, cæteri q; cruciatus admouebantur? si te
 acerba illius imploratio, & uox miserabilis non le-
 uebat, ne cuium quidem Romanorum, qui tum ade-
 rant: fletu, gemituq; maximo commouebare? Hæc
 M. Tul. atrociter, grauiter, copiose, apteq; miseratus
 est. Sed si quis est tam agresti aure, ac tam hispada,
 quem lux ista, & amœnitas orationis, uerborumq;
 modificatio parum delectat: amat autem priora id-
 arco, quod incompta, & breuia, & non operosa,

sed nativa quadam suauitate sunt: quodq; in
 bra, & color quasi opacæ uetustatis est, is siquid
 dicij habet: cōsideret in causa pari M. Catonis
 nis antiquioris orationem. Ad cuius um, & co
 Gracchus nec aspirauit. intelliget (opinor) Caton
 contentum eloquentia ætatis suæ non fuisse: & u
 tum facere uoluisse, quod Cicero postea perfecit.
 nanq; libro, qui de falsis pugnis inscriptus est: ita
 » Q. Thermo conquestus est. Dixit a' X uirus par
 » sibi bene ab ariā curata esse. iussit uestimenta det
 » hi, atq; flagro cædi. decem uiros Brutiani uerbera
 » re. uidere multi mortales. Quis hanc contumeliā
 » quis hoc imperium? quis hanc seruitutem ferre
 » test? nemo hoc Rex ausus est facere. eā ne fieri bo
 » bono genere natis boni consulitis? Vbi societas?
 » bi fides maiorum, insignitas iniurias, plagas, uer
 » ra, uibices, eos dolores, atq; carnificinas per dede
 » atq; maximam contumeliā, inspectantibus pop
 » ribus suis, atq; multis mortalibus te facere ausum
 » se? sed quantum luctum, quantumq; gemitum, q
 » lachrymarum, quantumq; fletuū factum audiri
 » serui iniurias nimis ægre ferunt. quid illos bon
 » nere natos, magna uirtute præditos opinamini am
 » habuisse, atq; habituros dū uiuent? Quod Cat
 » xit, Brutiani uerberauerē, nequi fortasse de Bruti
 » nis requirat: id significat. Cum Annibal pœnus ca
 » exercitu in Italia esset: & aliquot pugnas pop
 » Ro. aduersas pugnauiisset: primi totius Italiæ Br
 » ad Annibalem descuerunt. id Romani ægre p
 » postquam Annibal Italia decessit: superatq; par

sunt Brutios ignominiae causa non milites scribebant: nec pro socijs habebant: sed magistratibus in prouincijs euntibus parere, & praeministrare seruorum uicem iusserunt. Itaque uidebantur magistratus, tanquam in scenicis fabulis, qui dicebantur lorarij. & quos erant iussi, uinciebant, aut uerberabant. Quod autem ex Brutis erant, appellati sunt Brutiani.

Quod P. Nigidius argutissime docuit nomina non positiua esse, sed naturalia. Caput IIII.

Omina uerbaque non positiua fortuito, sed quadam uia, & ratione naturae facta esse P. Nigidius in grammaticis commentarijs docet. rem sane in philosophiae dissertationibus celebrem. quae enim solitum apud philosophos $\phi\upsilon\sigma\epsilon\iota\ \tau\grave{\alpha}\ \delta\upsilon\omicron\ \mu\alpha\tau\alpha\ \eta\ \theta\epsilon\omicron\varsigma$. in eam rem multa argumenta dicit, cur uideri possint uerba esse naturalia magis quam arbitraria. ex quibus hoc uisum est lepidum, & festiuum. Vos inquit, cum dicimus, motu quodam oris conueniente cum ipsius uerbi demonstratione utimur: & labias sensim primores emouemus: ac spiritum, atque animam porro uersum, & ad eos, quibus cum sermocinamur, intendimus. at contra cum dicimus nos neque profuso, intentoque statu uocis, neque proiectis labijs pronuntiamus: sed & spiritum, & labias, quasi intra nosmetipsos coercemus. Hoc idem fit & in eo, quod dicimus, tu, ego & tibi, & mihi. Nam sicuti cum adnuimus, et abnuimus, motus quidam ille uel capitis, uel oculorum a natura rei, quam significat:

A. GEL.

non abhorret: ita in his uocabus quasi gestus quibus
 oris, et spiritus naturalis est. eadem ratio est in
 cis quoque uocabus, quam esse in nostris animaduertimus.

Auarus simplex ne uocabulum sit, an compo-
 situm, et duplex, sicut P. Nigidius uidetur.

Caput

V.

V arus non simplex uocabulum, sed in-
 etum, copulatumque esse Nigidius dicit in
 mentariorum undetricesimo. Auarus in-
 quit, appellatus, qui auidus aeris est. sed in ea
 la, e, inquit, litera detrita est. Item locupletem au-
 etum, ex compositis uocabus. qui pleraque loca, hoc
 qui multas possessiones tenet. Sed probabilius id
 minusque est, quod de locuplete dicit. Nam de auaro
 ambigitur: cur enim non uideri possit ab uno solo
 uerbo inclinatum, quod est auco? eademque esse fi-
 ra, qua est amarus. de quo nihil dici potest, quin
 plex non sit.

Multam dictam esse ab edil. plebis Appij caeci
 liae mulieri nobili, quod locuta esset petulantius.

Caput

VI.

Non in facta modo, sed in uoces etiam pe-
 rantiores publice uindicatum est. Ita enim
 debere esse uisa est Romanae disciplinae
 gnitas inuiolabilis. Appij namque illius caeci filia
 ludis, quos spectauerat: exiens turba undique confu-
 tis, fluctuantisque populi iactata est. atque inde egressa

tum se male habitam diceret: Quid enim in me tunc factum esset inquit, quantoq; arctius, pressiusq; confictata essem: si P. Claudius frater meus navali praelio classem navium cum ingenti civium numero non perdidisset? Certe quidem maiore nunc copia populi oppressa interadissem. sed utinam inquit, reuiuiscat frater: aliamq; classem in Siciliam ducat, atq; istam multitudinem perditum eat: quæ me male nunc miseram conuexauit. ob hæc mulieris uerba tam improba, ac tam incuilia C. Fundanius, & Tib. Sempronius Aedil. Pl. multam dixerunt ei æris grauis XXV. millia. Id factum esse dicit Capito Atticus in commentario de iudicijs publicis bello punico primo, Fabio Liciano, & T. A. alio Crasso COSS.

Fluminum, quæ ultra imperium Romanum fluunt: prima magnitudine esse Nilum, secunda Istrum, proxima Rhodanum, sicut M. Varronem meminisse scribere.

Caput

VII.

maximum fluminum, quæ in maria qua imperium Ro. est, fluunt: quam græci τὴν ἐσωθάλακταν appellant: maximum esse Nilum consentitur. proxima magnitudine esse Istrum scripsit Sallustius. Varro autem cum de parte orbis, quæ Europa dicitur: differeret: in tribus primis eius terræ fluminibus Rhodanum esse ponit. per quod uidetur eum facere Istro æmulum. Istrus enim quoq; in Europa fluit.

Inter ignominias militares quibus milites cre-
bantur: fuisse sanguinis dimissionem: & quoniam
uideatur causa huiusmodi castigationis.

Caput

VIII.

Vit hæc quoque antiquitus militaris ar-
uerfio, iubere ignominie causa, militibus
nam solui, & sanguinem dimitti. cuius
ratio in literis ueteribus, quas equidem inueniri
tui, non extat. sed opinor factum hoc primitus mi-
litibus stupentis animi, atque a naturali habitu de-
nantis: ut non tam poena, quam medicina uideretur
postea tamen ob pleraque alia delicta idem factum
esse credo per consuetudinē, quasi minus sani uideren-
tur omnes, qui delinquerent.

Quibus modis, quoque habitu acies Romana
solita sit: quæque earum instructionum sint uo-
cabula.

Caput

IX.

Uocabula sunt militaria, quibus instru-
certo modo acies appellari solet, frons, signa,
sidia, cuneus, orbis, globus, forfices, ser-
alæ, turres. hæc & quædam item alia in uocibus
libris eorum, qui de militari disciplina scripserunt
tralata autem sunt ab ipsis rebus, quæ ita proprie
minantur: earumque rerum in acie instruenda sui
iusque uocabuli imagines ostenduntur.

Quæ eius rei causa sit, quod & græci ueteres
Romani annulum in eo digito gestauerunt, qui est
manus

manu sinistra minimo proximus. Cap. X.

Eteres græcos annulum habuisse in digito, accepimus sinistrae manus, qui minimo est proximus. Romanos quoque homines aiunt sic plerumque annulis usitatos. Causam esse huius rei Appion in libris Aegyptiacis hanc dicit. quod insectis, apertisque humanis corporibus, ut mos in Aegypto fuit: quas græci ἀντρομὸς appellant: repperitum est neruum quendam tenuissimum ab eodem digito, de quo diximus, ad cor hominis pergere, ac peruenire. propterea non inscitum visum esse eum potissimum digitum tali honore decorandum, qui continens, & quasi connexus esse cum principatu cordis videretur.

Verbum mature quid significet: quæque uocis eius ratio sit: & quod eo uerbo uulgus hominum improprie utitur: atque mihi, quod præcox declinatum præcox facit non præcoquis. Caput XI.

Mature nunc significat propere, & cito, contra ipsius uerbi sententiam. aliud enim est mature, quam quod dicitur propere. P. Nigidius homo in omnium bonarum artium disciplinis egregius, Mature inquit est, quod neque citius est, neque serius: sed medium quiddam, et temperatum est. Bene atque proprie Nigidius. nam & in frugibus, & in pomis matura dicuntur, quæ neque cruda, & immatura sunt, neque adueta, & decocta, sed tempore suo adueta, maturataque. Quoniam autem id quod non se-

gniter fiebat: mature fieri dicebatur: progressa
 rimum uerbi significatio est: & non iam, quod
 segnius, sed quod festinatus fit, id fieri mature
 atur. quando ea, quæ præter sui temporis modum
 perata sunt: immatura uerius dicantur. Illud
 Nigidianum rei, atq; uerbi temperamentum,
 Augustus duobus græcis uerbis elegantissime ex
 mebat. nam & dicere in sermonibus, & scribere
 Epistolis solitum esse aiunt, *αὐτὸ δὲ βραδύτατον*.
 Per quod monebat, ut ad rem agendam simul ad
 beretur & industriæ celeritas, & diligentie
 tas. ex quibus duobus contrarijs fit maturitas. Vir
 lius quoq; , si quis animum attendat: duo ista uerba
 properare, & maturare, tanquam planè contrarijs
 scitissime separauit in hisce uersibus.

- ” Frigidus agricolam si quando continet imber,
- ” Multa forent, quæ mox cælo properanda sereno,
- ” Maturare datur. Elegantissime ista duo uerba
 uisit. nanq; in præparatu rei rusticæ, per tempora
 tes pluuiasq; cum otium est, maturari potest. per
 serenas, cum tempus instat, properari necessum est.
 cum significandum autem est coactius quid factum
 & festinatus, tum rectius præmature factum id
 atur, quàm mature. sicut Afranius dixit in togæ
 cui titulus nomen est.
- ” Ad petis dominatum demens præmature præcoquens.
 In quo uersu animaduertendum est: quod præcoquens
 inquit, non præcoquem. est enim casus eius rectus
 non præcoquis, sed præcox.

De portentis fabularum, quæ Plynius Secundus
indignissime in Democritum philosophum confert.
Ibidem de simulachro uolucris colubæ. Cap. XII.

Ibrum esse Democriti nobilissimi philo-
sophorum de ui & natura chamæleontis,
eumq; se legisse Plynius secundus in natu-
ralis historia. XXVIII. refert, multaq; uana atque
intoleranda auribus, deinde quasi a Democrito scri-
pta tradit. ex quibus pauca hæc inuiti meminimus:
quia per te sum est. Accipitrem auem rapidissimam
a Chamæleonte humi reptante si eum forte super-
uolet: detrahi & cadere ui quadam in terram, cæ-
terisq; auibus laniandum sese sponte sua obijcere, et
dedere. Item aliud ultra humanam fidem. caput et
collum Chamæleontis, si uratur ligno, quod appel-
latur robur: imbres, & tonitrua derepente fieri.
idq; ipsum usu uenire: si iecur eiusdem animalis in
summis tegulis uratur. Item aliud: quod hercle an-
ponerem dubitari, ita est deridiculæ uanitatis, nisi
iain plane posui, quod oportuit nos dicere, quid de
istiusmodi admirationum fallacia illecebra sentire-
mus: qua plerunque capiuntur, & ad perniciem ela-
buntur ingenia maxime solertia: eaq; potissimum,
quæ discendi cupidiora sunt: sed redeo ad Plynii-
um. sinistrum pedem ait Chamæleontis ferro ex
igni calefacto torreri cum herba, quæ appellatur eo-
dem nomine Chamæleon: & utrunq; macerari un-
guento, colligiq; in modum pastilli, atq; in uas mitti
lignæ, et eum, q id uas ferat, etiã si is in medio palæ

A. GEL.

uerfetur, a nullo uideri posse. His portentis, atq;
 stigijs a Plynio secundo scriptis, non dignum esse
 gnomine Democriti puto. Vel illud quale est, quod
 dem Plynius in decimo libro Democritum scripsit
 se adseuerat. aues quasdam esse certis uocabulis
 earum auium confuso sanguine gigni serpentem
 si quis ederit, linguas auium, & colloquia inter
 taturum. Multa autem uidentur ab hominibus
 solertibus huiusmodi commenta in Democriti
 men data nobilitatis, authoritatisq; eius persequen
 tentibus. sed id, quod Archytam Pythagoricam
 mentum esse, atq; fecisse traditur: neq; nimis admi
 bile, neq; tamen uanum aequè uideri debet. Nam
 pleriq; nobilium graecorum, & Phauorinus philo
 sophus memoriarum ueterum exequentissimus
 firmatissime scripserunt: simulachrum columbae
 gno ab Archyta ratione quadam, disciplinae
 chonica factum uolasse: ita erat scilicet librarium
 suspensum, & aura spiritus inclusa, atq; oculta
 tum. Libet hercle super re tam abhorrenti a fide
 us Phauorini uerba ponere ἀρ χύτας ταρπιτι
 λόσοφος ἄμα καὶ μη χανιχός ὡν ἐποίησε περιστά
 λίνην πετο μένιν, ἥτις εἶποτε καθύσειν ἔτι ἀπὸ
 το μέχρι γὰρ τούτου.

Cum partim hominum, qua ratione dixerint

Caput

XIII.

Artim hominum uenerunt plerumq;
 p tur: quod significat pars hominum uenerunt
 dest quidam homines. nam partim hoc

loco aduerbium est: neq; in casus inclinatur, sicuti cū partim hominum dici potest, idest cum quibusdam hominibus, & quasi cum quadam parte hominum. M. Cato in oratione de re floria ita scripsit. Ibi pro sorto fuit in cubiculum subrectitavit e' conuiuio, cū partim illorum, iam sæpe ad eundem modum erat. Imperitiores autem, cum partim legunt tanquam declinatum sit quasi uocabulum, non dictum, quasi ad uerbum. Sed Q. Claudius. XXI. annali insolentius paulo hac figura est ita usus. eum enim cum partim copijs hominum adolescentium placentem sibi. Item Q. Claudij in. XXIII. ānali uerba hæc sunt. Sed idarco me fecisse, quod utrum negligentia partim magistratum, an auaritia, an calamitate Po. Ro. euenisse dicam, nescio.

Iniuria mihi factum itur quali uerborum ordine Cato dixerit. Caput XIII.

Vdio illi iniuriam factum iri, audio contumeliam dictum iri, uulgo quoq; ita dici, & istam esse uerborum figuram iam in medio loquendi usu, idarco exemplis super sedeo. Sed contumelia illi uel iniuria factum itur, paulo est remotius. Exemplum igitur ponemus. M. Cato pro se contra C. Cassium. Atq; euenit ita quirites, uti in hac contumelia, quæ mihi per huiusce petulantiam factum itur, rei quoq; pub. medius fidius meserear quirites. sicut autem contumeliam factum iri, significat iri ad contumeliam faciendam, idest operam dari quo fiat cō-

A. GEL.

contumelia: ita contumelia factum itur casu tantum
mutato idem dicit.

De flammis dialis, deq; flaminicae ceremoniae,
uerbaq; ex edicto praetoris apposita, quibus dicitur
non coacturum se ad iurandum, neque uirgines
stae, neque Dialem. Cap. XV

Ermonia impositae Flamini diali
item casus multiplices, quos in libris, qui
sacerdotibus publicis copositi sunt, item in
Fabij pictoris librorum primo scriptos legimus. hae
haec ferme sunt, quae commemoramus. I. Equo Dialem
flaminem uehi religio est. II. Classem prociuum
extra pomerium, id est exercitum armatum uidere,
circo rarenter flamen dialis creatus COS. est, cum
la consulibus mandabantur. III. Item iurare
diale fas nuquam est. IIII. Item annulo uti, nisi
cassoq; fas non est. V. Ignem e flaminia. i. flaminica
dialis domo nisi sacru efferi ius no est. VI. Vinctum
si aedes eius introierit: solui necessum est, & uinctum
per impluuium in tegulas subduci, atque inde
in uiam dimitti. VII. Nodum in apice neque in
ctu, neq; alia in parte ullum habet. VIII. Siquis
uerberandum duatur, si ad pedes eius supplex
cubuerit: eo die uerberari piaculum est. IX. Caput
dialis, nisi qui liber homo est, non detonsit. X. Caput
& carnem incoctam, & ederam & fabam, neque
tangere diali mos est: neque nominare. XI. Propagines
e uitibus altius praetentis non succidet. XII. Pa-

des lecti, in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet: & de eo lecto trinoctium continuum non decubat: neque in eo lecto cubare alium fas est: neque apud eius lecti fulcrum capsulam esse cum strue, atq; ferro oportet. XIII. Vnguium Dialis, & capilli segmina subter arborē felicem terra opitūtur. XIIIII. Dialis quotidie festatus est. XV. Ac sine apice sub diuo esse licitum non est: sub tecto uti libet, & non pridem a pontificibus constitutum. Massurius Sabinus scripsit & alia quaedam remissa, gratiāq; aliquot ceremoniarū factam dicit. XVI. Farinā fermēto imbutam attingere ei fas non est. XVII. Tunicam intimam, nisi in locis tectis non exiit: ne sub caelo tanquā sub oculis Iouis nudus sit. XVIII. Super flaminem dialem in cōiuiuo, nisi rex sacrificulus, haud quisq; alius accumbit. XIX. Vxorem si amisit, flaminio dedit. XX. Matrimonium flaminis, nisi morte dirimi non est ius. XXI. Locum, in quo bustum est, nunquā ingreditur. XXII. Mortuum nunq; adtingit: funus tamen exequi non est religio. Eadē fermēto ceremoniæ sunt: quas flaminicas sacerdotissas dialis seorsum aiūt obseruitare: ueluti est. Quod bene nato operitur. Et q; uirrica surculum de arbore felici habet. Et q; scaldas, que græce uai uanes appellātur: eas ascēdere ei plus tribus gradibus religiosum ē, atq; etiā. Cū it ad argeos, q; neq; comit caput: neq; capillum depectit. Verba prætoris ex edicto perpetuo de flamine diali, & de sacerdote Vestæ adscripsi. Sacerdotem Vestalem & flaminem dialem in omni mea iurisditiōe iurare non cogam. Verba M. Varronis ex secundo rerū diuina

- » rum super flamine diali hæc sunt. Is solus albat
- » bet galerū, uel quod maximus est, uel quod Iouis
- » molata hostia albato fieri oporteat.

Quos errores Iulius Higinus in sexto Virgilio
numaduertit in historia Romana erratos.

Caput XVI.

Eprehendit Higinus Virgilium, correctum
rumq; cum fuisse existimat, quod in libro
sexto scriptum est. Palinurus est apud
feros, petens ab Aenea, ut suum corpus requireret
& sepeliendum curet. Is hæc dicit.

- » Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram
 - » Inijce (nanq; potes) portusq; require uelinos.
- Quo inquit, modo aut Palinurus nouisse, & aut
minare potuit portus uelinos? & Aeneas ex eo
mine locum inuenire? cum Velia oppidum, & quod
portum, qui in eo loco est: uelinum dixit, Seruio
Tullio regnante Romæ post annum amplius sexcentis
mum, quàm Aeneas in Italiam uenit conditum
agro Lucano: et eo nomine appellatum est. Nam quod
ab Harpalo inquit, regis Cyri præfecto ex terra
phocide fugati sunt: alij Veliam, partim Massiliam
condiderunt. Inscitissime igitur petit, ut Aeneas
portum uelinum requirat: cum id nomen eo tempore
fuerit nusquam gentium neq; simile inquit, illud
deri debet, quod est in primo carmine.
- » Italiam, fato profugus, Lauinia uenit
Littora. Aut quod æque in VI. libro.

Chalcediæq; leuis tandem superastitit arce.

Quoniam poeta ipsi quædam *κατὰ πρόληψιν* historia dicere ex sua persona concedi solet. quæ facta ipse postea scire potuit. sicut Virg. sciuit de Laminio oppido, & de colonia chalcidiensi. sed Palimurus qui potuit id inquit, scire ea, quæ post annos DC. facta sunt. nisi quis eum diuinasse apud inferos putat, perinde ut animæ defunctorum solent. Sed & si ita accipias, quanquam non ita dicitur: Aeneas tamen, qui non diuinabat: quo pacto potuit requirere portum uelinum? cui nomen tunc, sicuti diximus, nullum usquam fuit. Item hoc quoq; in eodem libro reprehendit: & correcturum fuisse Virgilium putat, nisi mors occupasset. Nam cum Thesea inquit, inter eos nominasset: qui ad inferos adissent, ac redissent, dixissetq;.

» Quid thesea? magnum

» Quid memorem Aladen? & mi genus ab Ioue

» summo est,

Postea tamen infert.

» Sedet æternumq; sedebit,

Infelix Theseus-

Qui autem inquit, fieri potest, ut æternum apud inferos sedeat: quem supra cum ijs nominat: qui descenderint illuc: atq; inde rursum euaserint. præsertim cum ita sit fabula de Theseo, atq; sic Hercules eum euellerit e' petra: & in lucem ad superos eduxerit.

Item in his uersibus errasse Virgilium dicit.

» Eruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas,

» Ipsumq; Aeaadem genus armipotenti Achilli.

" Vltus auos Troiæ, templa & temerata Minerva.
 Confudit inquit, & personas diuersas, & tempora
 nam neq; eodem tempore, neq; per eosdem homines
 cum Achæis, et cum Pyrrho bellatum est. Pyrrhus
 enim, quæ dicit Aeciden de Epiro in Italiam transi-
 gressus, cum Romanis depugnauit aduersus Ma-
 um Curium in eo bello ducem. Arguum autem bel-
 lum idest achæicum multis post annis à L. Ma-
 mio Imperatore gestum est. potest inquit, igitur ma-
 us eximi uersus, qui de Pyrrho importune inueni-
 est: quem Virgilius proculdubio exempturus in-
 fuit.

Quam ob causam, & quali modo Democri-
 philosophus luminibus oculorum sese priuauerit
 & super ea re uersus Laberij pure admodum, et
 muste facti. Cap. XVII.

Democritum philosophum in monumentis
 d historia græcæ scriptum est: uirum pro-
 ter alios uenerandum, autoritatēq; an-
 tiqua præditum luminibus oculorum sua sponte
 priuasse: quia existimaret cogitationes, commenta-
 nesq; animi sui in contemplandis nature rationi-
 bus uegetiores, & exactiores fore: si eas uidendi
 lecebris, & oculorum impedimentis liberasset. id
 ctum eius, modūq; ipsum quo cæcitatem facile. Sci-
 tia subtilissima consciuit Laberius poetæ in monu-
 quem scripsit rectiorem, uersibus quidem satis mo-
 de, atq; graphice factis descripsit. sed causam uoluit

Cariae cecitatis finxit aliam: uertitq; in eam rem,
quam tum agebat, non inconcinniter. est enim psona,
que hoc apud Laberium dicit diuitis auari et par
a sumptum plurimum & uoti arte & propinatio-
nem adolescentis filij deplorantis.

Versus Laberiani hi sunt.

- Democritus abderites physicus philosophus clypeū
Constituit contra exortum hyperionis, oculos
Effodere ut posset splendore æreo ita radijs
Solis aciem effodit luminis, malis bene
Esse, ne uideret cibus. sic ego
Fulgenti splendore in pecuniam uolo
Luascatre exitium ætati meæ.
Ne in re bona uideam esse nequam filium.

Historia de Artemisia. deq; eo certamine, quod
apud Mausoli sepulchrum a scriptoribus inclytis
decertatum est.

Caput XVIII.

Artemisia Mausolum uirum amasse fer-
tur supra omnes amorum fabulas: ul-
traq; affectionis humanæ fidem. Mausolus
autem fuit, ut M. Tullius ait, rex terræ Cariae:
ut quidam græcarum historiarum scriptores di-
cunt: provinciae græcæ præfectus: quem *σατράπην*
græca uocant. Is Mausolus ubi fato perfunctus
est: & inter lamenta, & manus uxoris funere
magnifico sepultus est: Artemisia luctu, atq; desy-
derio mariti flagrans ossa, cineremq; eius mista

odoribus, contusaq; in pulueris faciem aqua in die
 ebibitq; multaq; alia uolenti amoris indicia fecit
 dicitur. molita quoq; est ingenti impetu operis, con-
 seruandæ mariti memoriæ causa sepulchrum illud
 memoratissimum, dignatumq; numerari inter
 ptem omnium terrarum spectacula. Id monimen-
 tum Artemisia cum Dÿs. M. sacris Mausoli dicere
 agona idest certamen laudibus eius dicendis fieri
 nitq; præmia pecuniæ, aliarumq; rerum bonarum
 amplissima. ad eas laudes decertandas uenisse dicitur
 tur uiri nobiles ingenio, atq; lingua præstabili
 pompus, Theodectes, Naucrites. Sunt etiam qui
 cratem ipsum cum ijs certauisse memoriæ manda-
 rint. sed eo certamine uicisse Theopompum inuic-
 tum est. Is fuit Isocratis discipulus. extat nunc quo-
 que Theodecti tragœdia, quæ inscribitur Mausoli
 in qua eum magis quàm in prosa placuisse Hicet
 in exemplis refert.

Non purgari, neq; leuari peccatum, cum præter-
 tur peccatorum, quæ alij quoq; peccauerunt, similitudo.
 atq; inibi uerba ex oratione super ea re Demosthenis.

Caput

XIX.

Nessebat quempiam Taurus philosophus
 i seuera, atq; uehementi obiurgatione ad-
 scientem a rhetoribus, et facundie studio
 ad disciplinas philosophiæ transgressum
 quod factum quiddam esse ab eo diceret inhonestum
 et improbe. at ille non ibat inficias feasse, sed

solitum esse fieri defendebat: turpitudinemq; delicti, exemplorum usu, & consuetudinis uenia deprecabatur. atq; ibi Taurus isto ipso defensionis genere irritator: homo inquit, stulte, & nihili, si te a malis exemplis auctoritates, & rationes philosophiæ non abducunt: ne illius quidem Demosthenis uestri sententiæ tibi in mentem uenit? quæ quia lepidis, & uerustis uocum modis uincta est: quasi quædam cantilena rhetorica facilius adhærere memoriæ tuæ potuit. nam si me inquit, non fallit: quod quidem in priori pueritia legerim: uerba hæc sunt Demosthenis aduersus eum, qui (ut tu nunc facis) peccatum suum, peccatis alienis exemptum, purgatumq; ibat.

οὐ δὲ μὴ λέγε ὡς γέροντι ἔτω πολλάκις. ἀλλ' ἔχ ὡς προσήκει γίνεσθαι. ἔ γάρ ἐτι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐποράχθη. ἔ δὲ τοῦτο ἐμιμήσω. διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἀν δικάεως. ἀλλὰ πολλῶ μᾶλλον ἀλίσηοιο. ὡς πρὶ γὰρ ἔτις ἐάλω. σὺ ταῦτα οὐκ ἀν ἔγραψας οὕτως ἀν σὺ ἦν ἀλῶς, ἄλλος οὐ γράφει.

Sic Taurus omnium suasionum, admonitionumq; genere utens sectatores suos ad rationes bonæ inculpatæq; indolis ducebat.

Quid sit rogatio, quid lex, qd plebiscitum, quid priuilegium, & quantum omnia ista differant.

Capit

XX.

¶ Væri audio quid lex sit, quid plebiscitum, quid rogatio, quid priuilegium. Ateius Capito publicæ priuatique iuris peritissimus,

quid lex esset: hisce uerbis definiuit. Lex inquit
 generale iussum populi, aut plebis rogante magistro
 tu. Ea definitio, si probe facta est, neq; de imperio
 Pompeij, neq; de reditu M. Ciceronis, neq; de cede
 Clodij quæstio: neq; alia id genus populi plebis
 iussa leges uocari possunt. Non sunt enim generatim
 iussa, neq; de uniuersis ciuibus: sed de singulis con-
 pta. quo circa priuilegia potius uocari debent: cui
 ueteres priua dixerunt, quæ nos singula dicimus
 quo uerbo Lucretius in primo satyrarum libro
 sus est.

- Abdomina thynnica uenientibus priua
- Dabo, cephalæamq; carnem.

Plebem autem Capito in eadem definitione seorsim
 a populo diuisit. quoniam in populo omnis pars ci-
 tatis, omnesq; eius ordines contineantur. Plebs uero
 ea dicitur: in qua gentes ciuium patritia non in-
 Plebiscitum igitur est, secundum eum Capitonem lex
 quam plebes non populus accipit. sed totius
 rei, iurisq; siue cum populus, siue cum plebs rogatur
 siue quod ad uniuersos pertinet: caput ipsum, et
 go, et quasi fons rogatio est. Ista enim omnia uoc-
 bula censentur, continenturq; rogationis principali-
 nere, et nomine. nam nisi populus, aut plebs ro-
 tur: nullum plebis, aut populi iussum fieri potest. Sed
 quanquam hæc ita sunt: in ueteribus tamen scriptis
 non magnam uocabulorum istorum differentiam
 se animaduertimus. nam et plebiscita, et priuile-
 gia translato nomine leges appellauerunt: eadem
 omnia confuso, et indistincto uocabulo rogationes

xerē. Sallustius quoq; proprietatum in uerbis retin-
 entissimus consuetudini concessit: & priuilegium
 quod de Cn. Pompeij reditu ferebatur: legem appel-
 lauit. Verba ex secunda eius historia hæc sunt. Nā
 Sullam COS. de reditu eius legem ferentem ex com-
 posito tri. pl. C. Herennius prohibuerat.

Quam ob causam M. Cicero his omnino uerbis
 nouissime, & nouissimus uti obseruantissime uita-
 uit.

Caput

XXI.

Non paucis uerbis, quorum frequens usus
 est nunc, & fuit M. Ciceronem noluisse u-
 ti manifestum est: quod ea non probaret. ue-
 lit est & nouissimus, & nouissime. Nam cum &
 Marcus Cato, & Sallustius, & alij quoq; ætatis eius-
 dem uerbo isto promiscue usitati sint: multi etiam nō
 indocti uiri in libris id suis scripserint: abstinuisse eo
 tamen tanquam non latino uidetur. Quoniam qui
 doctissimus eorum temporum fuerat: Aelius illo ut
 nouo, & improbo uerbo uti uitauerat. propterea q;
 id M. quoq; Varronis ex libro de lingua latina ad Ci-
 ceronem. V. demonstrandum putauit. A quo etiam
 inquit, extremū quoq; dici nouissimum coeptum uul-
 go, qđ mea memoria, ut Aelius Gallus, sic senes ali-
 quot, nimum nouum uerbū qđ esset, uitabant. cu-
 ius origo, ut a uetere uetustus, ac ueterrimum, sic a
 nouo declinatum nouius, & nouissimum.

Locus exemptus ex Platonis libro, qui inscribitur
Gorgias, de falsa philosophiæ probris, quibus phi-
losophos temere incessit: qui emolumenta vere
philosophiæ ignorant. Caput XXII

P Lato ueritatis homo amicissimus: eiusque
omnibus exhibendæ promptissimus, qui
minimo dici possint in desides istos, et
uosque, qui obtentu philosophiæ nominis
utile otium, et linguæ, uitæque tenebras sequuntur
ex persona quidem non graui, neque idonea ueritate
men, ingenuèque dixit. Nam et si Callicles, quum
cere hæc facit: ueræ philosophiæ ignarus, in hoc
indignaque in philosophos confert: perinde tamquam
cipienda sunt: quæ dicuntur: ut nos sensim moneri
telligamus: ne ipsi quoque culpationes huiusmodi
reamur: ne ue inerti inanique desidia cultum et
dium philosophiæ mentiamur. Verba ipsa super
re Platonis ex libro, qui appellatur Gorgias, scripta
quoniam uertere ea consilium non fuit: cum ad
prietates eorum nequaquam possit latina oratio
spirare, ac multo minus etiam mea.

φιλοσοφία γάρ τοι ἐστὶν ὡς σώματα, χάριν αὐτῶν
τοῦ μετρίως ἀφίηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ. ἐκ δὲ περι-
τοῦ δέοντος ἐνδιατρίβῃ, διαφορὰ τῶν ἀνθρώπων
γὰρ καὶ πάνυ αὐφύης ἢ καὶ πόρρω τῆς ἡλικίας φιλο-
φῆ, ἀνάγκη πάντων ἀπρηρον γεγονέναι ἐστὶ, ὧν χρεῖ-
πρηρον εἶναι, τὸν μέλλοντα καλὸν, καλὰθὸν καὶ ἀφί-
μον εἶσεσαι ἀνδρα. καὶ γὰρ τῶν νόμων ἀπρηροι γίνου-
ται τῶν κατὰ τὴν πόλιν, καὶ τῶν λόγων. οἱ δὲ χρεῖ-
μιν

μιν ὁ μιλῆν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις, καὶ
 ἰδία καὶ διημοσία. καὶ τῶν ἠδονῶν τε, καὶ ἐπιθυμιῶν
 τῶν ἀνθρωπέων, καὶ συλλήβδην τῶν ἠθῶν παντάπα-
 ση ἀπειροὶ γίνονται. ἐπειδὴν οὖν ἔλθωσιν εἰς τινὰ ἰ-
 δίαν ἢ πολιτικὴν πρῶξιν, καταγέλαστοί γίνονται. ὡς-
 πέργε οἱ μαι οἱ πολιτικοὶ, ἐπειδὴν αὖ εἰς τὰς ὑμετέρας
 διατριβὰς ἔλθωσι καὶ τοὺς λόγους, καταγέλαστοί ῥσι-
 συμβάει γὰρ τὸ τοῦ Ὀριπίδου, λαμπρὸς τέ ἐστιν ἕκα-
 στος ἐν τούτῳ, καὶ πὶ τοῦτ' ἐπέγεται, νέμων τὸ πλεῖστον
 ἢ μέρας τούτῳ μέρας, ἵν' αὐτὸς αὐτοῦ τυχεῖν βέλτι-
 στος ᾧ ὅπου δ' ἂν φαῦλος ἦ, ἐν τούθεν φύγει, καὶ λοιδο-
 ρῆ τούτῳ. τὸ δ' ἕτερον ἐπαινῆ δυνόει τῆ ἑαυτοῦ ἠγού-
 μενος οὕτως αὐτὸς ἑαυτὸν. ἐπηνῆν. ἀλλ' οἱ μαι τὸ ὀρθό-
 τᾶτόν ἐστιν ἀμφοτέρων μεταχεῖν. φιλοσοφίας μὲν ὅ-
 σον παιδείας χάριν, καλὸν μετέχεῖν. καὶ ἔτι αἰσχρὸν με-
 ραίω ὄντι φιλοσοφῆν. ἐπειδὴν δὲ ἡδὴ πρεσβύτερος
 ᾧ ἀνθρώπος, ἔτι φιλοσοφεῖ, καταγέλαστον ᾧ σώκρατες
 τὸ χρεῖμα γίνεταί. καὶ ἔγωγε ὁ μοιότατον πάχω πρὸς
 τοὺς φιλοσοφοῦντας, ὡς περ πρὸς τοὺς φελλιζομένους
 καὶ παιζόντας. ὅταν μὲν γὰρ παιδίον ἴδω ᾧ ἔτι προ-
 σῆκη διαλέγεσθαι οὕτω φελλιζόμενον καὶ παιζόν, χάρ-
 ῳ τε καὶ χαίριέν μοι φαίνεται καὶ ἐλαθέριον, καὶ πρέ-
 πον τῆ τοῦ παιδίου ἡλικία. ὅταν δὲ σαφῶς διαλεγο-
 μένου παιδαρίου ἀκούσω, πικρὸν τι μοι δοκεῖ χρεῖ-
 μα εἶναι, καὶ ἀνία μου τὰ ὦτα. καὶ μοι δοκῆ δουλοπρε-
 πές τι εἶναι. ὅταν δὲ ἀνδρὸς ἀκούσῃ τις φελλιζόμε-
 νου, ἢ παιζόντα ὄρα, καταγέλαστον φαίνεται καὶ ἀναν-
 δρον, καὶ πληγῶν ἄξιον. ταυτὸν οὖν ἔγωγε τοῦτο πά-
 χω καὶ πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας. περὶ νέω μὲν γὰρ
 μεραίω ὀρθῶν φιλοσοφίαν, ἄγαμαι, καὶ πρέπει μοι

δουξ, καὶ ἡγοῦμαι ἐλεύθερόν τινα τούτον τὸν ἀνθρώ-
 πον. τὸν δὲ μὴ φιλοσοφούντα ἀνελεύθερον. καὶ οὐδέ τι-
 τε οὐδενὸς ἀξιῶσόντα ἑαυτὸν, ἕτε καλοῦ ἕτε γυναι-
 κείνου πράγματος. ὅταν δὲ δὴ πρεσβύτερον ἴδω ἔτι φιλοσο-
 φούντα καὶ μὴ ἀπαλλαγόμενον, πληγῶν μοι δουξ ἔ-
 στι δὴ δῆσθαι ὡς σῶκρατες οὗτος ὁ ἀνὴρ. ὁ γὰρ νῦν δὴ ἐπι-
 ζῶν ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ καὶ πάντῃ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ἢ
 ἀνδρῶ γενέσθαι φάσκει τὰ μέσα τῆς πόλεως καὶ τῆς
 ἀγορᾶς, ἐν αἷς ἔφη ὁ ποιητὴς τοὺς ἀνδρας ἀριπύ-
 ρη γίνεσθαι. καταδεδυκότι δὲ, τὸν λοιπὸν βίον βιώνοντα
 τὰ μερικῶν ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τετάρων, ψιθυρίων
 τα. ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἰκανὸν μὴ δέσ-
 φθῆναι εἶναι. ἐγὼ δὲ ὡς σῶκρατες πρὸς σὲ ἐπιηκῶς
 καὶ φιλικῶς. κινδυνῶν ὅμαι πεπονθέναι νῦν ὅπερ ὁ
 θος πρὸς τὸν ἀμφίονα ὁ ἀριπίδου, οὐ περ ἐμνήσθην
 καὶ γὰρ ἐμοὶ τοιαῦτ' ἄπειρα ἀπέρχεται πρὸς σὲ λέγει
 οἷός περ ἐκείνος πρὸς τὸν ἀδελφόν. ὅτι ἀμελλῆσαι
 κρατες ὡν δὲ σε ἐπιμελλῆσαι. καὶ φύσιν ψυχῆς
 γενναίαν μερικῶς τινὶ διαπρέπει μορφώματα
 καὶ οὐτ' ἂν δίκης βυλαῖσι προθῆ ἂν ὀρθῶς λόγον
 κὸς καὶ πιθανὸν ἂν λάβοις, οὐθ' ὑπερ' ἄλλων νεανίας
 λαύμα βουλεύσαιο. καὶ τοι ὡς φίλε σῶκρατες, καὶ
 μηδὲν ἀχθεσθῆς ἀνδρῶν γὰρ ἐγὼ τῆσιν, οὐκ ἀχρεῖς
 σοὶ εἶναι οὕτως ἔχον, ὡς ἐγὼ σε οἶμαι ἔχειν. καὶ τῆσιν
 λυσιτελεῖς πόρρω ἀπὸ φιλοσοφίας ἐλαύνοντας, νῦν γὰρ
 συλαβόμενος, ἢ ἄλλῃ ὅτε ἔν, ἕως τὸ δεσμοτύχον
 γοι, φάσκων ἀδικῆν, μηδὲν ἀδικούντα, οἷός' ὅτι
 ἔχουσι ὅτι χρήσαιο σαυτῷ. ἀλλ' ἰλιπίως ἂν καὶ χρεῖ-
 ῶν ἔχων ὅ, τι ἔποις. καὶ ἕως τὸν δικαστήριον ἀναβῆς
 γόρσ' τυχῶν πάντῃ φάυλα καὶ μοχθηρῶ, ἀποβάσεις

βέλτιό σοι θανάτῳ τιμᾶσθαι. καὶ τοι πῶς σοφὸν τῷ τῷ
 ἔστι ὡς ὠκυράτες, ἔτις ἀφυσᾶ λαβύσα τέχνη φῶτα, ἔθ-
 κε χείρονα, μήτε αὐτὸν αὐτῷ δυνάμενον βοηθεῖν. μή
 δ' ἐκώσσαι ἐν τῶν μεγίστων κινδύνων, μή τε ἑαυτὸν,
 μή τε ἄλλον μιδεῖνα. ὑπὸ δ' ἑ τῶν ἐχθρῶν περισυλᾶσθαι
 πᾶσαν τὴν οὐσίαν. ἀτεχνῶς δ' ἔτιμον ζῆν ἐν τῇ πόλει.
 τὸν δὲ τοιοῦτον ἔτι καὶ ἀγρικότερον εἰρῆσθαι, ἔξεστιν,
 ἐπὶ κέρους τύποντα, μή διδόναι δίκην. ἀλλ' ὡς γὰρ
 ἐμοὶ πέθου. παῦσαι δ' ἐλέγχων. πραγμάτων δ' ἄμου-
 σίας ἄσκει. καὶ ἄσκησθ' ὀπόθεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ
 κομὰ ταῦτ' ἀφείς, ἔτε λιρήματα χρὴ φάσαι εἶναι,
 ἔτε φλυαρίας. ἐξ ὧν κενόισιν ἐγκατοικήσεις δόμοις. ζῆ-
 λῶν, ἐκ ἐλέγχοντες ἄνδρας τὰ μικρὰ ταῦτα, ἀλλ' οἷς
 ἔστι καὶ βίος καὶ δόξα, καὶ ἄλλα πολλὰ ἀγαθὰ.

Hæc Plato sub persona quidem, sicuti dixi, non pro-
 ba: sed cum sensu tamen, intelligentiæq; communis fi-
 de, & cum quadam indissimulabili ueritate disse-
 ruit. Non de illa scilicet philosophia: quæ uirtutum om-
 nium disciplina est: quæq; in publicas simul et pri-
 uatis officijs excellit: ciuitatesq; et Remp. si nihil pro-
 hibeat: constanter, et fortiter, et perite administrat: sed
 de ista futili, atq; puerili meditatione argutiarum ni-
 hil ad uitam neq; tuendam, neq; ordinandam pro-
 mouente. qua id genus homines consenesunt male fe-
 riati. quos philosophos esse & uulgus putat, et is pu-
 tabat, ex cuius persona hæc dicta sunt.

Verba ex oratione M. Catonis de mulierū ueterū
 uictu, & moribus, atq; ibi qd fuerit ius marito in
 adulterio uxore deprehensam necare. Cap. XXIII.

A. GEL.

Vi de uirtu, atq; cultu Po. Ro. scripserunt
q mulieres Romæ, atq; in Latio ætatem ab
mias egisse, hoc est uino semper, quod tem
tum prisca lingua appellabatur: abstinuisse dicuntur
stitutumq; ut cognatis osculū ferrent: reprehendunt
causa, ut odor indicium faceret: si bibissent. Biberen
tem solitas ferunt loream, passum, murinam, et quæ
id genus epotant: potu dulcia, atq; hæc quidem in
quibus dixi, libris peruulgata sunt. Sed M. Caton
solum existimatas: sed multatas quoq; a iudice
res refert non minus si uinum bibissent: quam si
brum, & adulterium admisissent. Verba M. Cat
nis adscripsi ex oratione, quæ inscribitur de dote
qua id quoq; inscriptum est. In adulterio uxores
” prehasas ius fuisse maritis necare. Vir ingratu
” uortium fecit: mulieri iudex pro CENS. est, imp
” rium quod uidetur habet: si quid peruerse, terre
” ctum est a muliere: multatur. si uinum bibit: si
” alieno uiro probri quid facit: condemnatur. De
” autem occidendi ita scriptum est. In adulterio
” tuam si deprehendisses: sine iudicio impune necat
” Illa te (si adulterares) digito non auderet corrig
” re: neq; ius est.

Die pristini, & die crastini, & die quarti, & die
ti, qui elegantius locuti sunt, dixisse, non ut ea
dicuntur nunc. Caput XXIII

d Ie quarto, & die quinto, quod graeci
τάρτην καὶ πέμτην dicunt, ab eruditioribus

quoq; dici audio: et qui aliter dicit pro rudi, atq; in
 docto despiciatur. sed M. Tullij ætate, ac supra eam
 non opinor, ita dixerunt. diequinte enim, & diequ
 ti pro aduerbio copulate dictum est, & secunda in
 eo syllaba correpta. Diuus etiam Augustus memoria
 rum ueterum exequentiſſimus, linguæ latinæ non ne
 scius munditiarum patris sui in sermonibus sectator,
 in epistolis plurifariâ significatione ista dierum nõ
 aliter usus est. Is autem erit perpetuæ ueterum con
 ſuetudinis demonstrandæ gratia, uerba solennia
 PRAET. ponere quibus more maiorem ferias conc
 pere solet: quæ appellatur compitalia. ea uerba hæc
 sunt. Dienoni Po. Ro. quirilibus compitalia erunt:
 quando concepta fuerint, nefas. Dienoni prætor di
 cat, non die nono, neq; prætor solum, sed pleraq; o
 mnis uetustas sic locuta est. Venit ecce illius uersus Põ
 poniani in mentem, qui est ex attellana, quæ Metui
 adſcribitur,

» Dies hic sextus, cum nihil egi die

» Quarte moriar fame.

Suppetit etiam Coelianum illud ex libro historiarũ
 secundo. Si uis mihi equitatum dare: & ipse cum cæ
 tero exercitu me sequi: diequinti Romæ in capitolium
 curabo tibi cœna sit cocta. Et historiam autem, &
 uerbum hoc sumpsit Coelius ex origine M. Catonis:
 in quo ita scriptum est. Igitur dictatorem Carthagi
 nisium magister equitum monuit. Mitte mecum Ro
 mam equitatum, diequinti in capitolio tibi cœna co
 cta erit. Extremam istius uocis syllabam, tum per, e,
 tum per i scriptam legi. Nam sane quàm consuetum

ueteribus fuerat literis ijs plerunq; uti indifferen-
 sicuti pristini, et pristinae, proclium et proclinae, et
 alia item multa hoc genus uarie dixerunt. Die pristi-
 ni quoq; eodem modo dicebatur: quod significabat
 pristino, idest priore, quod uulgo pridie dicitur, con-
 uerso compositionis ordine, quasi pristino die. atque
 item simili figura die crastini dicebatur, idest crasti-
 no die. Sacerdotes quoq; Populi Ro. tunc cum dicerent
 in diem tertium, die perendini dicunt. sed ut plerumq;
 die pristini. Ita M. Cato in oratione contra Furi-
 proximi dixit. Die quarto autem Cn. Matius homo
 impense doctus, in Miniambris pro eo dicit, quod
 dius quartus nos dicimus in his uersibus.

- » Nuper die quarto ut recordor, et certe
 » A quarium urceum unicum domi fregit.
 Hoc igitur intererit, ut die quarto quidem de praeterito
 dicamus, die quarti aut quarte de futuro.

Telorum, et iaculorum, gladiatorumq; uocabula,
 atque inibi nauium quoque genera, quae scripta in
 ueterum libris reperiuntur. Cap. XXV.

Telorum, iaculorum, gladiatorumq; uocabu-
 la, quae in historijs ueteribus scripta sunt.

Item nauigiorum quoque genera, et no-
 mina libitum forte nobis est sedentibus in rheda con-
 quirere. neq; itidem aliarum ineptiarum uacantem
 stupentemq; animum occupare. Quae tum igitur sup-
 petierant: haec sunt. hasta, pilum, phalarica, semi-
 phalarica, solli ferrea, gesa, lancea, spari, rumigestrus.

faces, tragulae, framae, mesanculae, catteae, rumpheae, scorpis, scibones, sicilices, ueruta, enses, sicca, machaera, spatia, lingulae, pugiones, climaculae. De lingula, quoniam est minus frequens, admonendum existimo lingulam ueteres dixisse gladiolum oblongum, in speciem linguae factum, cuius meminit Neuius in tragedia Hestona. uersum Neuij apposui.

Sine mihi gerere more uidear lingua, uerum lingula. Item rumphea genus teli est thracae nationis, positumque hoc uocabulum in Q. Ennij annaliu XIII. Nauium autem, quas reminisci tunc potuimus: appellationes haec sunt. gauli, coruitae, caudicae, longae, hippagnes, cercuri, celoces, uel ut graeci dicunt κέρκυρις, lembus, oxiae, renunculi. actuariae, quas graeci ἰσοβότος uocant, uel ἐπιταρίδας, profumae, uel geforetae, uel orioles, catteae, scaphae, pontones, nucituae, mediae, phaseli, parones, myoparones, lintres, capulicae, mareplacidae, cidarum, ratariae, cata scopium.

Insaete ab Asinio Pollione reprehensum Sallustium, quod transfretationem transgressum dixerit, et transgressos qui transfretassent.

Caput

XXVI.

Asinio Pollioni in quadam epistola, quam ad Plancum scripsit: et quibusdam alijs. C. Sallustius inique dignus nota uisus est, quod in primo historiarum maris transitum transmissumque nauibus factum, transgressum appellauit: eosque, qui fretum

transmiserant: quos trās fretasse dici solitum est: trās
 gressos dixit. uerba ipsa Sallustij posuit. Itaq; Seru-
 rius leui præsidio relicto in Mauritanā, nactus ob-
 scuram noctem, aestu secundo, furtim aut celeritate
 uitare praelium in transgressu conatus est: ac deinde
 infra ita scripsit. Transgressos omnis recipit motus
 ceptus a Lusitanis. Hoc igitur et minus proprie,
 nullo graui authore dictum aiunt. Nam transgressus
 inquit, & ingressus, a transgrediendo dicitur: ut
 idq; ipsum ab ingressu, & a pedum gradu appella-
 tum est. Idcirco uerbum trās gredi conuenire non pro-
 tuit. Neq; uolantibus, neq; serpentibus, neq; nauigan-
 tibus: sed iis solis, qui gradiuntur, & pedibus iter
 metiuntur. propterea negant apud scriptorem idoneum
 aut nauium trās gressum reperiri posse: aut pro trās
 fretatione transgressum. Sed quæro ego, cur non sic
 ti cursus nauium recte dici solent: ita transgressio
 etiam nauibus factus dici possit. præsertim cum breui-
 tas tam angusti freti, quod terram Africam Hispaniamq;
 interfluit: elegantissimæ transgressionis uocabulo,
 quasi paucorum graduum spatium definita sit.
 Qui auctoritatem autem requirunt, & negant
 dictum ingredi, transgredi uel in nauigantibus: non
 uti respondeant quantum existiment interesse, ingredi,
 di, atq; ambulare. Atqui M. Cato in libro de re uer-
 ca. Fundus inquit, eo in loco habendus est: ut et op-
 pidum prope amplum sit: & mare, aut amnis, quo
 naues ambulant. A ppetitas porro huiusmodi trans-
 lationes, habitasq; esse pro honestamentis orationis
 Lucretius quoq; testimonium in hac eadem uoce dicit.

cit. In quarto enim libro clamorem per arterias, & per fauces gradientem dicit: quod est nimio confidentius, quā illud de nauibus Sallustianum. Versus Lucetij hi sunt.

» Corpoream quoq; enim uocem constare fatendū est,
» Et sonitum: quoniam possint impellere sensus.

» Præterradit enim uox fauces sæpe: facitq;

» Asperiora foras gradiens arteria clamor.

Propterea Sallustius in eodem libro, non eos solum, qui nauibus ueherentur: sed & scaphas quoq; nantes progressas dicit. Verba ipsa de scaphis posui. Ea-

» rum alia paululum progressæ, nimio simul, & incerto onere, cum pauor corpora agitauerat: deprimebantur.

Historia de Po. Ro. deq; populo punico, quod pari propemodum uigore fuerint æmuli.

Caput

XXVII.

In libris ueteribus memoria extat: quod par fuit quondam uigor, & acritudo, amplitudoq; Po. Ro. atq; pœni. neq; immerito existimatum. Nam cum alijs quidem populis, de uniuscuiusq; reip. cum Pœnis autem de omnium terrarū imperio decertatum est. Eius rei specimen est in illo ueriusq; populi uerbo factum, cum Q. Fabius imperator Romanus dedit ad Carthaginienses epistolam, ibi scriptum fuit, Po. Ro. misisse ad eos hastam, & caduceum signa duo belli, aut pacis. ex quibus utrū uellent: eligerent. quod elegissent, id unum ut esse nisum existimarent. Carthaginienses responderunt, neu

trum sese eligere. sed posse qui attulissent, utrum
lent, relinquere. quod reliquissent: id sibi pro lecto
futurum. M. Varro autem non hastam ipsam, nec
ipsum caduceum missa dicit: sed duas tesserulas. in
quarum altera caduceum, in altera simulachrum
stae fuerunt incisa.

De aetatum finibus, pueritiae, iuuentae, senectutis
Tuberonis historia sumptum. Cap. XXVIII.

Vero in historiis primo scriptis
e uium Tullium regem Populi Romani
las quinque classes iuniorum census fieri
di gratia institueret: pueros esse existimasse, qui
nores essent annis septendecim. Atque inde ab
XVII. quos idoneos iam esse Reip. arbitratum
militis scripsisse. eosque ad annum quadragesimum
tum iuniores, supraque eum annum seniores appellari.
Eam rem propterea notauit: ut discrimina, quae fuerunt
indicio, moribusque maiorum, pueritiae, iuuentae,
nectae ex ista censione Serui Tulli prudentissimi
gis nosceretur.

Quod particula, atque non complexius tantum
sed uim habeat plusculam, uariamque.

Caput XXIX.

Tque particula a grammaticis quidem
a iunctio esse dicitur connexina. Et plerique
sanè coniungit uerba & connectit. Sed
interdum alias quasdam potestates habet non
notas: nisi in ueterum literarum tractatione, atque

va exercitis. Nam & pro aduerbio ualet, cum dicimus aliter ego feci, atque tu. si significat enim aliter quod tu. Et gemina si fiat: auget, intenditque rem, de qua agitur, ut animaduertimus in Q. Ennij annalibus, nisi memoria in hoc uersu labor.

Atque atque accedit muros Romana iuuentus, Cui significationi contrarium est, quod itidem a ueteribus dictum est. Deque & praeterea pro alio quoque aduerbio dicitur, idest statim. Quod in his Virgilij uersibus existimatur obscure, & insequenter particula

- la ista posita esse. Sic omnia fati
- In peius ruere, ac retro sublapsa referri:
- Non aliter, quam qui aduerso uix flumine lembum
- Remigys subigit: si brachia forte remisit:
- Atque illum in praecipit pronus rapit alueus amni.

AVLI GELLII NOCTIVM ATTICARVM COMMENTARII. LIBER VNDECIMVS.

De origine uocabuli terrae Italiae, deque ea multa, quae suprema appellatur, deque eius nominis ratione, ac de lege Aterina. Et quibus uerbis antiquitus multa minima dici solita sit. Cap. I

Imaenus in historijs, quas oratione graeca de rebus Po. Ro. composuit, & M. Varro in antiquitatibus rerum humanarum, terram Italianam de graeco uocabulo appellatam